



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 43. Idem Cardinalis Romam reversus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1731.

§. XLIII.

*Cardinalis Coscia Romam  
reversus.*

Exspirante trinæ citationis termino, cum Coscia Romæ non compareret, Pontifex die vigesima tertia Augusti denuo consuetis in locis edictum affigi jussit, vi cuius Coscia omnium quæ tam intra quam extra ditionem Pontificiam possideret, beneficiorum fructibus spoliabatur: Idem hoc edictum rursus die secunda Octobris renovatum, declaratumque, omnia ejus beneficia pro vacantibus haberi, donec nec ipse sese Sedi Apostolicæ subderit, & de gestis suis rationem reddiderit: Hæc & pejora adhuc Coscia Cardinali prælagiebat mens male conscia; suam quoque præsentiam Neapolitanis sensim exosam fieri, nec Casarem collisionis cum Papa periculum ipsius amore facturum, haud obscure animadverterat, hinc in tanta fortune malevolentia prehensus, & aliorum consilio persuasus, Romam redire stuit, vel maxime veritus, ne contumacius reditum procrastinando non modo beneficiis, sed & Romana Purpura exueretur. Die igitur vigesima octava Martii Anno 1732. Prætoriam

Sæc. XVIII.  
A. C. 1731.

Neapolitani Regni triremem conscen-  
dit, fausta navigatione Terracinam ap-  
pullus. Inde lectica vectus, comitan-  
tibus eum Pro - Regis Filio Comite  
de Harrach, & Marchione Pieschiatio  
intimo ejusdem Amico die decima ter-  
tia Aprilis Romam pervenit. Tristis  
oppido Nuntius Cosciæ adventum per-  
turbabat; compererat enim, quod Co-  
scia Dux ejus Frater prædium a Car-  
dinale Cibo coemptum, utpote Fami-  
liæ feudum, lite apud Cæsarem mota,  
restituere non modo fuisset compulsus,  
sed etiam quod Targensis Episcopus  
alter ejus Frater primo in PP. Soma-  
schorum Monasterio ad S. Nicolaum,  
dein in arce S. Angeli captus detine-  
retur: Accessit insuper ad propriæ ca-  
lamitatis cumulum, quod ipsemet,  
quamprimum Romam pervenerat, in  
Cænobio S. Praxedis velut in libera  
custodia hæere juberetur, ne sub quo-  
cunque obtentu inde exiret, severissime  
prohibitum. Peractis Paschalibus festis  
Pontifex seriam cum Davia, Imperiali,  
Petra, & Corradinio Cardinalibus con-  
sultationem habuit, & paulopost de in-  
stituendis in Cosciam quæstionibus agi-  
ceptum. Initio quidem Cardinalis  
Congregationi a Papa stabilitæ sese sub-  
jicere tergiversabatur, ac præcipue a  
Fiorellio Abbate ceu sibi insenso exa-  
mi-

Tt 3

mi-

Sæc. XVIII. minari recusabat. At tanta tum erat  
A. C. 1731. libertatis & carceris vicinia, nihil ut  
 ad perniciem certius esset ac promissum,  
 quam parvula modo subjectionis op-  
 pugnantia, remedii e contra vix quod  
 quam aliud, quam humilis obedientia  
 paruit igitur Cardinalis Judicum su-  
 rum citationi, sese coram eis purgare  
 & objecta diluere jussus. Die quinta  
 Julii in præfato Monasterio quæstione-  
 bus datur initium, & Cardinalis pro  
 sua sagacitate plures quæstiones  
 fat molestas aut lacrimis ubertim re-  
 fusis aut artificioso declinat silentio,  
 supplex, ut adversæ suæ valetudinis  
 ratio haberetur. Nil tamen hac parte  
 profectum; jussu enim Pontificis eidem  
 insinuat, illas, quas silentio suppre-  
 meret, accusationes pro confessis he-  
 beri: Tenuit primum hoc examen sex  
 integras horas; quo finito Cardinalis  
 cubiculi sui fores viginti quatuor mi-  
 litibus obsessas reperit, ex quibus post-  
 modum duo alternis vicibus excubantes,  
 tam alloqui quam epistolaris com-  
 mercii copiam intercludebant: Deci-  
 mum sextum jamjam instituitur exa-  
 men, cujus molestia fractus Cardina-  
 lis, voce lacrimis intercisa petit, ut  
 sine ulteriori inquisitione sententia in  
 eum pronuntiaretur; se enim inque-

bat, malle semel mori, quam toties Sæc. XVIII.  
lenta morte confici. A. C. 1731.

## §. XLIV.

*Ultima sententia in Cosciam  
lata.*

Interim Petruscius & Isoldus crimi-  
num participes domesticæ addice-  
bantur custodiæ, & Valerius Locca-  
tius bis mille aureis multatus ad quin-  
quennales carceres Urbem veterem ab-  
ducebatur; ipse vero Cardinalis duo  
adhuc examina subire coactus est, non  
alio causæ successu; nisi quod die vi-  
gesima octava Septembris eidem ad  
sui defensionem certum temporis spa-  
tium esset indultum, pollicitumque,  
ut cunctis iudicii actis ei communica-  
tis, a custodia liberaretur, dummodo  
haud amplius fugam attentaret, secus  
omni dignitate, beneficiis & bonis spo-  
liandus. Inita hac conditione Coscia,  
abductis excubiis, e Monasterio suo  
die quarta Octobris progreditur, ob-  
tenta, quocunque vellet, intra Urbis  
mœnia eundi libertate: Præprimis vero  
totus in eo erat, ut celebris Advocati  
ope intra præstitutum terminum caus-  
sam suam tueretur: Selegit Toppium,  
cetera Caussidicum suo ævo longe præ-  
stantissimum, qui tamen necessariis de-  
stitu-

T t 4